



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Ioannis || Slotani || Geffensis, Sacrae || Theologiae
Profes-||soris, De retinenda fide orthodo-||xa & catholica
aduersus hæ-||reses & sectas, & præci-||puè
Lutherana[m], Li-||bri nouem.||**

Slotan, Johann

Coloniae, 1560

VD16 S 6745

Liber Quartvs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29875

visum fuerit authoritas. Nam sacramenta ex opere operato, conferre eam gratiam quam significant, non ponenti obicem tota Ecclesia catholica vnanimi consensu affirmat verissimū, eò quòd alioqui non forent signa efficacia.

LIBER QVARTVS.

CAPVT I.



Osteaquam ostendimus

apud hæreticos rectum

& legitimum sacramen-

torum vsum non esse, po-

stulat ordo promissus, vt

etiam demonstramus apud eos sanam

doctrinam non esse. Et quidem quum

sanæ doctrinæ præcipuum caput sacra

scriptura sit diuinitus inspirata, ipsi au-

tem hæritici nullum ius habeant alle-

gandi scripturas, neque apud eos scrip-

turarum iusta possessio sit, nemini du-

bium esse potest, quin etiã sana doctri-

na careant. Quòd autem illis nullū ius

competat vtendi scripturis Tertullia-

L 5 nus

*Hæreticis
nullū ius
competit
vtendi scri-
pturis*

*Hæretici
Christiani
non sunt.*

IOANN. SLO. GEF.

nus in eo lib. quē de præscrip. hæret. vtilissimè scripsit, ostendit, dum docet dispiciendum esse cui competat possessio scripturarum, ne is admittatur ad eandem cui nullo modo cōpetit. Quapropter hæreticos (inquit) probamus sine scripturis, ad scripturas non pertinere. Si enim hæretici sunt, Christiani esse non possunt, non à Christo habendo, quod de sua electione sectati, hæreticorum nomine admittunt. Ita non Christiani, nullum ius capiunt Christianarum literarum, ad quos merito dicendum, Qui estis? quando & vnde venistis? quid in meo agitis non mei? quo denique Marcion iure syluam meam cædis? qua licentia Valentinæ fontes meos transuertis? qua potestate Apelles limites meos commoues? quid hic cæteri ad voluntatem vestram seminatis & pascitis? Mea est possessio olim possideo origines firmas, & ipsis autoribus quorum fuit res. Ego sum hæres Apostolorum. Sicut cæterni uernunt testamento suo, sicut fidei commiserunt, sicut adiurauerunt ita teneo.

Vos

DE

Vos cer
dicaue
de aut e
retici, n
vnusqu
Aposto
lic igit
dultera
inuenit
lib. 4. c
ctè leg
enū igit
lienas c

PO
se
apud c
est, qu
pturas
dissent
quam
endos
rū Ter
mittēc
cation
scriptu

DE RETI FIDE ORTH. 80

Vos certè exheredauerunt semper & abdicauerūt vt extraneos & inimicos. Vnde aut extranei & inimici Apostolis heretici, nisi ex diuersitate doctrinæ, quæ vnusquisq; de suo arbitrio, aduersus Apostolos, quos protulit aut recepit. Illic igitur & scripturarū expositionū adulteratio deputanda est, vbi diuersitas inuenitur doctrinæ &c. Irenæus quoq; lib. 4. c. 43. ostendit solam Ecclesiā rectè legere scripturas, hæreticos aut alienū ignē adferre ad altare Dei, id est, alienas doctrinas.

CAPVT II.

Porrò si ad solā Ecclesiā spectat possessio scripturarū nō ad hæreticos, apud quos iniusta scripturarū possessio est, quiq; nullū ius habent allegandi scripturas, cōsequitur hæreticos cū in fidei dissentionib. ad scripturā prouocāt, tanquam ad vltimū remediū minimè audiendos esse nec admittendos. Vnde iterū Tertullianus: Non sunt, inquit, admittēdi hæretici ad scripturarū prouocationē, quos sine scripturis, pbam^o ad scripturas non pertinere. Si enim heretici

Hæretici
non sunt
audiendi
cum ad
scripturas
prouocāt.

tici

**Scriptura
nō magis
pertinet
ad hæreti-
co, quā ad
Sarrace-
nos.**

tici sunt, Christiani esse non possunt. et
si non sunt Christiani, nullum ius capi-
unt Christianarum literarum. Hęc ille.
Porrò quia scriptura diuina, possessio
propria Ecclesiæ est (ad eius vtilitatem
data) & membris eius conscripta, & a
doctore Ecclesiæ Iesu Christi spiritu,
est dictitata, ex qua hæretici & schisma-
tici, velint nolint, sunt, quum ab illa
sponte sua exierint, & cum illa non col-
ligant, imò extra eam pernitiōse dis-
pergant, seipso segregantes, animales
homines, spiritum non habentes, non
potest magis ad eos pertinere scriptura
sacra, quā ad Iudæos vel Saracenos,
cum quibus nihil habet cōmerciij Chri-
stiana religio. Literas ergo solas tenent
& sensu earum prorsus carent, lumine
interno & externo carentes. Interno
quidem, quia carnales homines sunt &
animales, apud quos iuxta Paulum nō
pertinet iudicium de spiritualibus.
Quamuis enim nullum aliud crimen ha-
berent præter hæresim & apostasiam, o-
perarij tamen carnis sunt, & in eo quòd
sectarij sunt. Nam sectæ inter opera car-
nis ab

DE
nis ab
enume
ne, qu
D. Aug
statur,
ctum q
quippe
gant an
Qui vu
foris ab
terno a
Ecclesia
siæ pat
posuere
terum c
scriptu
ronym
En ipse
testatur
bum in
anima,
ta, & ch
non est
qua cat
ticis &
lignant

DE RETI. FIDE ORTH. 61

nis ab Apostolo in epistola ad Galat. enumeratur. Porrò quod interno lumine, quod à spiritu sancto est, careant, D. Augustinus haud obscuris verbis testatur, dicens: Non habent spiritum sanctum qui sunt extra ecclesiam. De illis quippe scriptum est: qui seipso segregant animales, spiritum non habentes. Qui vult ergo habere spiritum, caueat foris ab Ecclesia remaneat. Hæc ille. Externo autem lumine caret, quia sensum Ecclesiæ non recipiunt, & sanctos Ecclesiæ patres atque doctores, qui sacras exposuere literas, superbè reijciunt. Cæterum quod ij qui sunt extra Ecclesiã, scripturæ sensum non teneant, D. Hieronymus exponens illud Canticorum, En ipse stat post parietem nostrum, &c. testatur, dicens: Post parietem latet verbum in scriptura, quod non intelligit anima, nisi intra parietes Ecclesiæ posita, & charitate vestita. Scriptura sacra non est satis sufficiens ac illustris nota, qua catholici discerni possint ab hæreticis & Ecclesia Christi, ab Ecclesia malignantium, quoniam perfidiam quoque
suam

IOANN. SLO. GEF.

suam hæretici scripturis conantur defendere, & scripturæ non in legendo, sed in intelligendo cōsistunt, vt inquit S-Hieronymus. Si ergo scripturæ intelligatur eo sensu, quo Deus per prophetas & apostolos loquutus est, cōstat illū solū in catholica & apostolica Ecclesia, à qua & aduersarij scripturas acceperūt, quod negare nō possunt: ipsi enim à nobis discesserunt nō nos ab illis, vt rectè præscribamus illis.

CAPVT III.

*In lib. ad-
uerfus pro-
phanas om-
niū hæ-
rescon no-
uationes.* **S**ed si apud hæreticos possessio scri-
pturarū non est, si apud illos nullā
est ius vtendi scripturis, cur eis vtun-
tur? cur eas citant & producant in me-
dium? cur denique eas interpretantur?
Sed ipsi, inquit Tertullianus, de scrip-
turis agunt, & de scripturis suadent (&
vt Vincentij Lirinensis verbis vtamur)
vtuntur hæretici diuinæ scripturæ testi-
monijs, & vehementer quidem. Nam vi-
deas eos volare per singula quæque san-
ctæ legis volumina, per Moyfi, per re-
gno-

DE
gnorun
stolos,
ue eni
priuati
monib
uiuijs,
penè d
tiam sc
nentur
puscula
uiniani
nas inf
em, pr
quæ ne
ti sente
Porro
tullian
suadere
nisi ex
tius Lir
uendi &
cultius
titant. S
rè citò e
ces exha
cloquij

gnorum libros, per psalmos, per apostolos, per Euangelia, per prophetas. Si Scripturas
cur citent
& tractent
hæretici. ue enim apud suos siue alienos, siue priuatim, siue publicè, siue in sermonibus, siue in libris, siue in conuiujs, siue in plateis, nihil vnquam penè de suo proferunt, quod non etiam scripturæ verbis adumbrare contentur. Lege Pauli Samofatheni opuscula, Priscilliani, Eunomij, Iouiniani reliquarumque pestium, cernas infinitam exemplorum congeriem, propè nullam omitti paginam, quæ non noui aut veteris Testamenti sententijs fucata & colorata sit. Porro huic obiectioni respondet Tertullianus, dicens: Aliunde scilicet suadere non possent de rebus fidei, nisi ex libris fidei. Et post eum Vincentius Lirinensis: Tanto, inquit, magis cauendi & pertimescendi sunt, quanto occultius sub diuinæ legis umbraculis latent. Sciunt enim foetores suos, nulli ferè citò esse placituros, si nudi & simplices exhalentur, atq; idcirco eos cælestis eloquij velut quodam aromate aspergunt,

IOANN. SLOT. GEF.

Recte er-
go dictū
est, pixides
habere
pharmaca
pharmaca
verò vene-
na.

gunt, vt ille qui humanum facile despi-
ceret errorem, diuina non facile contē-
nat oracula. Itaque faciunt, quod hi so-
lent, qui paruulis austerā quādam tem-
peraturi pocula, prius ora melle circum-
linunt, vt incauta ætas cum dulcedinem
præsenferit, amaritudinem non refor-
midet. Quod etiam his curæ est, qui ma-
la gramina, & noxios succos medicami-
num vocabulis præcolorant, vt nemo se-
rè vbi supra scriptum legerit remediū,
suspicietur venenum. Multa quoq; alia
adhuc subiicit, quæ hic ascribere lon-
gum esset, qua propter ad autorem ip-
sum lectorem remittimus. D. Hierony-
mus in cap. 23. Hieremiæ, vbi dicit: Pro-
pterea ecce ego ad prophetas, dicit do-
minus, qui furātur verba mea. Semper
(inquit) imitatur mendacium verita-
tem: & nisi habuerit aliquam similitu-
dinem recti, decipere non potest inno-
centes. Quomodo igitur in priori po-
pulo mentiebantur Prophetæ atque di-
cebant: Hæc dicit Dominus. Et, Vidi
Dominum, Et verbum domini quod fa-
ctum est ad illum, siue illum. Sic hæreti-
ci assu-

D
ci assu-
de v
rantu
proxi
& Eu
vt con
dorm
rè diē
suum.
que li
inqui
neque
domi
derun
plusq
non su
let die
fectan
his qu
nicas, v
mones
rum no
nem qu
pergre
uentes
autem

DE RETI. FIDE ORTH. 83

ci assumunt testimonia scripturarum de veteri & nouo Testamento, & furantur verba saluatoris vnusquisque à proximo suo, prophetis & Apostolis & Euagelistis, & assumunt linguas suas, vt cordis venena ore pronuncient, & dormitant dormitationē, de quibus verè dictum est: dormitauerunt somnum suum, & nihil inuenerunt. Irenæ' quoque lib. 1. c. 1. de hæreticis loquens: Cū, inquit, tale sit illorum agumentū, quod neque prophete prædicauerunt, neque dominus docuit, neque Apostoli traderunt, quòd abundantius gloriantur plusquam cæteri cognouisse, de his que non sunt scripta legentes: & (quod solet dici) de arena resticulas necere affectantes, fide' digna aptare conantur his quæ dicta sunt, vel parabolas dominicas, vel dictiones propheticas, aut sermones apostolicos, vt figmentum illorum non sine teste esse videatur, ordinem quidem & textum scripturam supergredientes, & quantū in ipsis est soluentes membra veritatis. Transferunt autem & transsingunt, & alterum ex

M altero

IO ANN. SLOT. GEF.

Similitudo
do contra
deprauate
vrentes
scripturas
sacras.

altero facientes, seducunt multos
ex his quæ aptant ex dominicis elo-
quijs malè composito phantasmati.
Quomodo si quis regis imaginem bo-
nam, fabricatam diligenter ex gemmis
preciosis à sapiente artifice soluens
subiacentem hominis figuram, trans-
ferat gemmas illas & reformans, faciat
ex his formam canis vel vulpecule, &
hanc malè dispositam, dehinc con-
formet & dicat hanc esse regis illam
imaginem bonam, quam sapiens arti-
fex fabricauit, ostendens gemmas,
quæ bene quidem à primo artifice
in regis imagine compositæ erant, ma-
lè verò à posteriore in canis figuram
translatæ sunt, & per gemmarum phan-
tasmam decipiat idiotas, qui comprehen-
sionem regalis formæ non habeant, &
suadeat, quoniam hæc turpis vulpecu-
læ figura, illa est bona regis imago. E-
odem modo & hi anicularû fabulas ad-
sumentes, post deinde sermones & di-
ctiones & parabolæ hinc inde adferen-
tes, vt aptare volût suis fabulis eloquia
Dei. Hanc eandem similitudinem, cū
ex

D
ex Ire
stanti
31. scri
lam v
net, q
na qu
pturis
gnosce
magir
ctis in
tatis c
mentu
ra auf
quom
perue
hant, c
ctant,
consu
nicâ s
cras di
quû si
ad sent
erony
mines
theran
pinxit

DE RETI. FIDE ORT. 82

ex Irenæo retulisset Epiphanius Constantiæ Cypri Episcopus contra sectam 31. scribens, subiunxit, dicens: Qui regulam veritatis immobilem in seipso tenet, quam per baptismum accepit, nomina quidem & voces ac parabolas ex scripturis agnoscet. Etsi enim lapillos cognoscet, tamen vulpeculam pro regia imagine non suscipiet. Sed singulis dictis in proprios locos relatis, & veritatis corpusculo adaptatis, ipsorum figmentum denudabit, & ex rerum natura auferet. haecenus ille. Hæretici itaque quum scripturas corrumpant, aut ad peruersa sua dogmata stabilienda trahant, certè longè irreuerentius eas trahant, quàm ipsi milites tunicam Christi in consutile, hi certè reuerentur hanc tunicam scindere, sed hæreticos literas sacras dilacerare non pudet. Porro quum sit sacrâ scripturâ peruertere, aut ad sensum trahere repugnante, vel ex d. Hieronymo liquet, quod aduersus eiusmodi homines inuehes in epist. ad Paulinum, Lutheranos suis coloribus satis graphicè depinxit, dum ait: Taceo de mei similibus quum si

Sacras literas quomodo hæretici corrumpant.

M 2 fortè

F. multos
is elo-
smati.
em bo-
gemmis
soluens
a, trans-
ns, faciat
ecule, &
nc con-
gis illam
iens arti-
gemmas,
artifice
rant, ma-
figuram
um phan-
mprehen-
abeant, &
vulpecu-
mago. E-
abulas ab-
ones & di-
e adferen-
s eloquia
inem, cu
er

IOANN. SLOT. GEF.

tè ad scripturas sanctas, post seculares li-
 teras venerint, & sermone composito,
 aurem populi mulserint, quicquid di-
 xerint, hoc legem Dei putant, nec scire
 dignantur quid prophetæ, quid Apo-
 stoli senserint: Sed ad sensum suum in-
 congrua aptant testimonia, quasi gran-
 de lit, & non vitiosissimum docendi ge-
 nus, deprauare sententias, & ad volunta-
 tem suam scripturam trahere repugnân-
 tem. Quasi non legerimus Homerocen-
 tonas, & Virgiliocētonas, ac non sic e-
 tiam Maronem sine Christo possumus
 dicere Christianum, quia scripserit: Iā
 redit & virgo, redeunt Saturnia regna. Iā
 noua progenies cælo demittitur alto.
 Et patrem loqnētem ad filiū: Nate meq̄
 vires, mea magna potētia solus. Et post
 verba saluatoris in cruce: Talia persta-
 bat memorans, fixusque manebat. Ha-
 stenus ille. Propter hæc ergo & similia,
 rectè à Tertulliano dictum est, hæreti-
 cos vti scripturis in testimonium iudi-
 cij. Sic enim in libro de carne Christi
 habet. Sed vtantur hæretici omnes scri-
 pturis, cuius vtantur etiam mundo.
 Erit

**Hæretici
 vtantur
 scripturis
 in testimo-
 nium iudi-
 cij.**

DI
 Erit i
 iudic
 phem
 stinus
 ferit h
 teras t
 lutem
 cinali
 quæ v
 ad san
P
 quem
 etam
 dit ex
 storia
 quen
 nicien
 busda
 venæ
 à petri
 liquo
 biben
 mittit
 vt om
 tu se s

Erit illis hoc quoque in testimonium iudicij, quod de exemplis ipsius blasphemias suas instruunt. Et D. Augustinus epist. 141. ad Maximum, rectè asserit hæreticos non rectè intelligere literas sacras, conscriptas ad fidelium salutem, tanquam si quisquam se medicinalibus ferramentis grauiter vexet, quæ vtique non ad vulnerandum, sed ad sanandum sunt instituta.

PRæterea hæretici serpentum more scripturarum aquas intoxicant, quemadmodum Epiphanius contra scismaticam 34. scribens, huiuscemodi ostendit exemplo? Qui rerum, inquit, historias scripserunt, dipsadem tradunt quendam serpentem, talem veneni perniciem inducere. Etenim in locis quibusdam vbi fontes sunt in Petris aut venæ, siue rinuli parui aquarum, qui à petris funduntur in receptaculum aliquod, ipsa dipsas aquam reperiens ac bibens, postquam bibit, venenum immittit in prædictas aquarum stationes, vt omne animal quod accessit, & potu se satiauit, videatur quidem sibi vtilitatem

CAPVT III.

Scripturæ
rū aquas
hæreticis
toxicant
serpentū
more.
Dipsadis
naturæ

CAPVT VI.

litatem percepisse ex participatione aquæ, statim verò circa aquarum receptaculum, ex veneno dipsadis suscepto cadat ac moriatur. Quin etsi aliquē percusserit, ipsa eadem dipsas, affectio doloris ex veneno ipsius, vehementiori vistoria prædito, ad sitim & appetentiam potus vrget, semper ad bibendum ac ingerendum potum irritans. At percussus putat se aliquid vtilitatis accipere, ad pernitiem quoties in lethali hoc dolore potum sumit. Verùm in ipso potu expleto ventre & nõ amplius suscipiente, postea vna cum potu animã emit. Hactenus ille. Haud secus etiã hæretici, scripturarũ fontes, venenatis & pestiferis interpretationibus, inficiunt, quas legentes simpliciores quiq; existimant sese sanam doctrinã accipere, at vbi susceperit atq; hæreses & peruersa dogmata, p̄ catholica expositione & doctrina imbiberint, verè quantum ad animã atinet moriuntur. Cum itaq; iuxta hanc dipsadis naturam hæretici scripturas sacras, prauis & ad hæreses suas stabilendas detortis interpretationibus intoxicent

DI
intox
eos sa
& ind
test?

A
re, sep
nonn
rump
non r
gare.
script
bis de
lius s
que e
ment
nio q
ertè &
quor
ptura
pepe
ras, se
uit, &
feren
boru
comp

intoxicent ac inficiant, quomodo apud
eos sana doctrina, quomodo purum
& indefecatum Dei verbum esse po-
test?

CAPVT V.

AD hæc constat hæreticos scriptu-
ras sacras frequenter malè allega-
re, sæpenumero mutilare & detruncare,
nonnunquam falsis adiectionibus cor-
rumpere, præterea quasdam scripturas
non recipere, & quasdam talium esse ne-
gare. Quod Tertullianus in lib. de præ-
scriptione hæreticorū eiuscemodi ver-
bis declarat: Alius manu scripturas, a-
lius sensu expositiones interuertit. Ne-
que enim si Valentinus integro instru-
mento vti videtur, non callidiorē inge-
nio quàm Marcion? Marcion enim ex-
ertè & palàm machera, nō stilo vsus est,
quoniam ad materiam suam eadē scri-
pturarum confecit, Valentinus autem
pepercit, quoniam non ad materiam scriptu-
ras, sed materiā ad scripturas excogita-
uit, & tñ plus abstulit & plus adiecit, au-
ferens proprietates singulorū quoq; ver-
borum, & adijciens dispositiones non
comparētium rerum. Sic (vt author est

Scripturas
hæretici
malè citat
mutilant,
ac corrup-
punt,

IOAN SLOT GEF.

Epiphanius contra sectam 23. (Saturni-
lus quidā, in illo verbo quod in Genesi
dictū est à Deo faciamus hominē ad ima-
ginem & similitudinem nostrā, nostram
omisit atque amputavit, quo error ipsi
veri similitudinē haberet. Sic Ebionæi
sive Ebionitæ suscipiebant solū Euan-
geliū secundum Matthæum, & id qui-
dem mutilatum & corruptum velut e-
tiam Cherintus & Menander uteban-
tur. Sic Gnostici, vbi verbum reperie-
bāt aliquod, quod contra ipsos senten-
tiā habere poterat, dicebant hoc à spiri-
tu mundano profectū esse. Si verò ali-
qua sententia ad similitudinē concupi-
scentiæ eorum formari poterat, non ut
habebat verbū, sed velut habebat mēs
ipforum decepta, hanc ad cupiditatē
suam transmutantes, dicebant ex spiri-
tu veritatis ipsam processisse. Sic Che-
rintiani utebantur Evangelio secun-
dum Matthæum ex parte, non in toto.
Paulum verò reprobabant. Sic iterum
Ebionitæ Actus Apostolorū alios esse
dicebāt, in quibus multa habebantur,
impietate ipsorū referta. Abrahā quoq
COR

Contra se-
ctam 20.
Contra se-
ctam 26.

Contra se-
ctam 28.
Contra se-
ctam 30.

DE
confi-
subfan-
tus tes-
à Moy-
tum ef-
cion E-
lum ha-
solum
sum m-
sed eti-
tatis ve-
scripta
à mult-
præ se-
cti Ap-
tur, no-
sed ali-
rò capi-
libris t-
ta à seip-
cepti e-
bris ve-
Sic Ale-
rentes,
eation-
nius)n

DE RETI. FIDE ORT. 87

confitebantur & Isaac, sed reprobant ac
subfannabant Dauidem. Sic Cerdon ve-
tus testamētum reprobabat, tum quòd *Contra 41*
à Moyse, tum quòd à prophetis tradi-
tum est, velut à Deo alienum. Sic Mar- *Contra 45*
cion Euangelium secundum Lucam so-
lum habuit, circumcisum ab initio, nec
solum principium refecuit ille, qui seip-
sum magis quàm Euāgelium corrupit,
sed etiam de fine ac medio, multa veri-
tatis verba recidit & alia præter ea quæ
scripta sunt apposuit, vnde vestimenti
à multis tineis corrosi similitudinem
præ se fert. Habuit autē & epistolas san-
cti Apostoli decem, quibus solis vteba-
tur, non autē omnibus in ipsis scriptis,
sed aliqua ex ipsis refecans, quædam ve-
rò capita permutans, his ergo duobus
libris tantum vtebatur, alia autem scrip-
ta à seipso composuit, his qui ab ipso de-
cepti erant. Sic Encratitæ vtabantur li- *Contra 47*
bris veteris testamenti quibus volebāt. *Contra 52*
Sic Alogi, id est, bruti illi & verbo ca-
rentes, & qui alieni sunt à verbi prædi-
catione (sic enim eos nominat Ephipha-
nius) neq; Ioannis Euangelium, neq; A
M 5 pocā-

IOANN. SLOT. GEF.

pocalypsim admittebant. Prætexebant enim illi se vereri contradicere sancto Ioanni, eò quòd sciebāt ipsum in numero Apostolorum esse, & à dño dilectū, qui pro dignitate mysteria reuelauit, & supra pectus dñi recubuit, & ideo alio modo ipsa subuertere conabantur. Dicebant enim non esse ipsa Ioannis, sed Cherinti, & indigna esse ipsa Ecclesia. Sic Arriani epistolam ad Hebræos reiiciebant, negantes ipsam natura ab Apostolo esse, & asserentes ipsam Pauli non esse. Sic Manichei (vt author est D. Aug. lib. 1. contra aduersarium legis & prophetarum cap. 1.) librum Genesios non accipiebant, sed blasphemabant, & legem prophetasque contemnebant, imò totum vetus testamentum reiiciebant, & (quemadmodum idem pater testatur li. 22. c. 15. contra Faustum que de nouo testamento proferebantur à beatissimo Aug. vel alijs, ipsa audebant dicere falsa esse atq; peruersa, priuilegio illo suo diabolico, vt quicquid est in Euāgelio, vel in epistolis Canonicis, quo adiuuari hæresim suam putent, id esse à Christi

Cont. 69.

Privilegium Diabolicum hæreticorum.

DI
Christi
quid
uersu
falsat
non d
D. Cy
ræ cœ
rellig
larent
aures,
ritilib
teban
tineb
ferico
Hiero
rum i
Eusto
cos ha
pturæ
is dog
& Pau
Sic po
sim su
lare se
lam D
aduert

DE RETI. FIDE ORTH. 86

Christo & Apostolis dictum. Quicquid autem ex eisdem codicibus, aduersus eos sonuerit, immissum ab infalsatoribus ore impudenti ac sacrilego non dubitent dicere. Sic etiam (teste D. Cypriano) apud Nouatianos scripturæ cœlestes legebatur potius, quam intelligebantur, parum si non & interpolarentur. Nam erant eorum præclusæ aures, & corda cæcata, qui nullum de spiritalibus ac salutaribus monitis admittebant, qui illa quæ ad exitum salutis pertinebāt, tantum legebant, & quæ ad misericordiam, præteribant. D. quoque Hieronymus in præmio commentariorum in episto. ad Titum, ad Paulam & Eustochium scribens, ostendit hæreticos hæretica autoritate libros sacræ scripturæ deprauasse, erasisse quicquid suis dogmatibus contrarium inuenerūt, & Paulinas insuper reiecisse epistolas. Sic postremò Martinus Luther ut hæresim suam statueret, etiam diuinas iugulare scripturas conatus est. Nam epistolam Diui Iacobi, quòd hæresi suæ palam aduersaretur, omnib⁹ modis extinguere ni-

Scripturas
Luther iu-
gulare co-
natus est

IOANN. SLOT. GEF.

renisus est. Sic enim in præfatiōe Theotonica noui testamenti scripsit, in epist. scilicet beatissimi Iacobi Apostoli non esse illius, aut vllius Apostoli, cum contra sanctum Paulum, omnemque scripturam, operibus iustificationem tribuat, laceretque scripturam, & resistat Paulo & omni scripturæ. Cumque in seculari iudicio, vnus vir sit nullus vir, quomodo singularis iste vir (inquit) cōtra Paulum & omnem scripturam valeat? In summa ait B. Iacobi epistolam verè stramineam esse, præ cæteris noui testamenti libris & epistolis, cum nihil euangelicum sapiat. Porro hunc secuti discipuli illius, falsificauerūt verba Pauli, vbi de fide loquitur, quia addiderūt ei (solūm) dictionē exclusiuam, quam textus Pauli non habet. Et quomodo ipse Luther falsificauerit nouum testamentum, quilibet cognoscere poterit, qui legere non fuerit dedignatus. Annotationes doctissimi viri Hieronymi Emseri in totum nouum testamentum. Nec solūm in verbis syllabis & literis quibusdam ab illis multa mutata & vitia

DE
tiata s
geli) &
in sen
uerter
ranoru
& tren
conati
corrup
piunt,
quas &
cū erg
hæret.
hæresi
& si qu
ctioni
interu
tegras
stat ni
comm
ti obf
corrup
necess
quæ r
falso c
tate ca
de scr

DE RETI. FIDE ORTH. 89

tiata sunt, verum etiam multa loca Euāgelij & Pauli, aliorumq; Apostolorum, in sensu & intellectu sceleratissimè peruerterunt. Quid? q; Zuingliani (Lutheranorum mala soboles) illa veneranda & tremenda verba filij Dei deprauare conati sunt: Hoc est corpus meum? Vbi corrupto sensu, Est, pro significat, accipiunt, & inde multas blasphemias iniquas & nefandos errores euomunt. Rectè ergo iterū Tert. in. lib. de præscrip. hæret. de hæreticis loquēs: Ista (inquit) hæresis nō recipit quasdam scripturas, & si quas recipit, adiectionibus & detractionibus ad dispositionē instituti sui interuertit. Et si recipit, non recipit integras. Et si aliquatenus integras præstat nihilominus diuersas expositiones commentata conuertit. Tantūm veritati obstreperit adulter sensus, quantūm & corruptor stilus, variæ præsumptiones necessario nolunt cognoscere ea, per quæ reuincuntur, his nituntur, quæ ex falso composuerunt, & quæ de ambiguitate cæperūt. Hæretici magna malitia, de scripturis certa quæq; decerpūt, qui
bus

IOANN. SLO. GEF.

bus circumueuiant imperitos. Cyprianus Tract. 3. de simpl. prælat. Corruptores Euangelij (inquit) atq; interpretes falsi, extrema ponunt, & superiora prætereunt, partim memores, & partim subdolè corruptentes, vt ipsi ab Ecclesiâ scissi sunt, ita capituli vnius sententiam scindunt. Aug. contra Adimantum Manichæi discipulū. c. 14. reprehendit Manichæorum fraudē, qui particulas quasdam de scripturis eligebant quibus decipiebant imperitos, non connectentes, quæ supra & infra scripta sunt, ex quibus voluntas & intentio scriptoris possit intelligi.

CPVT VI.

CVM itaq; hæretici (vt modo multis exemplis ostendimus) scripturas mutilent, deprauent atque intoxicent, & scripturarum diuinarum iustam possessionem non habeant, quomodo apud eos sana doctrina (quæ ex scripturis integris rectèque intellectis habetur) esse potest? Ea propter quemadmodū D. Hieronymus de Marcione & Basilide, reliquisq; hæreticis dicit, in
vni-

vni
Sic
Pauli
Grati
filide
non h
haber
tra Ec
datur
nus ep
fatu
sanct
hoc co
sanct
Char
stris p
nobis
charit
bent i
tra Ec
est: Q
ritum
euid
hæret
Dei v
retico

vniuersum de omnibus rectè dicitur:
 Sic enim scribit in comment. epistolæ
 Pauli ad Galat. & citantur eius verba à
 Gratiano 1. quæst. 1. can. Marcion & Ba-
 silides, & cæteræ hæreticorum pestes,
 non habent Dei Euangelium, quia non
 habent spiritum sanctum, quia sunt ex
 tra Ecclesiam, vbi spiritus sanctus nec
 datur, nec habetur. Quod D. Augusti-
 nus epist. 50. ad Bonifacium comitem
 fatetur dicens: Non quærant spiritum
 sanctum nisi in corpore Christi. Extra
 hoc corpus neminem viuificat spiritus
 sanctus, quia sicut ipse dicit Apostolus:
 Charitas Dei diffusa est in cordibus no-
 stris per spiritum sanctum qui datus est
 nobis, Non est autem particeps diuinæ
 charitatis qui hostis est vnitatis. Nō ha-
 bent itaq; spiritum sanctū, qui sunt ex-
 tra Ecclesiam. De illis quippe scriptum
 est: Qui seipso segregant animales, spi-
 ritum non habentes. Quæ cum ita sint,
 euidentissimum esse arbitramur, apud
 hæreticos sanam doctrinam & purum
 Dei verbum non esse. Porro si apud hæ-
 reticos, non est sana doctrina nec purū
 verbum

Spiritus
 sanctus ex
 tra ecclesiam
 non da-
 tur.

IOAN SLOT GEF.

Doctrina
Lutheri,
est verbū
diaboli.

verbum Dei, consequitur apud eos esse
adulteratam doctrinam, & verbum Dia-
boli. Quod de Lutheri doctrina hisce
ferme verbis ostendit, grauisimus & di-
fertissimus autor, Stanislaus: Hosius, E-
piscopus Vanriensis, lib. 1. aduersus pro-
legomena Brentij, quæ ædedit contra
doctissimum Theologū Petrum à So-
to. Hic enim probat ex Lutheri verbis,
ipsum Lutherum, non hoc spectasse
sua doctrina peregrina, vt Christi glori-
am propagaret, vtq; veritatem illius pa-
tefaceret, sed vt odio ipse erga papam
excæcatus, eodem illius odio, cæterot
inflammaret. Fatetur ipse Lutherus in
epistola quadam ad Argentinenses, ad
quos in hæc verba scripsit: Hoc diffite-
ri (inquit) nec possum, nec volo, quod
si Carolstadius, aut alius quispiam, ante
quinquennium persuadere mihi potu-
isset, in sacramento, præter panem & vi-
num esse nihil, ille magno beneficio
me sibi deuinxisset. Grauibus enim cur-
ris anxius, in hac excutienda materia,
multū desudabam, omnibus neruis ex-
tensis, me obtricare & expedire cona-

I
tus fu
re pap
se. Tan
leuole
Eucha
dum
comm
itaq; in
suis, no
simos
huc qu
que ab
à Diab
iusmo
Luthe
scripsi
rit aut
re fert.
cum d
missam
quæ re
vocem
& robu
net, vt
post co
nam, h

DE RETI. FIDE. ORT. 91

tus sum, cum probè prospiciebam, hac
 re papatui valde me incommodare pos-
 se. Tanta fuit mens illius, infuscata ma-
 leuolentia, Christum vt præsentem in
 Eucharistia, libenter fuerit negaturus,
 dummodo per hanc occasionem, in-
 commodare papatui potuisset. Cum
 itaq; in omnibus dictis, scriptis, factis
 suis, non alios quàm iram & odium, pes-
 simos consultores adhibuerit, erit ad-
 huc quisquam qui dubitet, quæcun-
 que ab eo profecta sunt, aliunde quàm
 à Diabolo profecta esse? Si quis est hu-
 iusmodi, tollet illi dubitationem hanc
 Lutherus ipse, qui in libro quem in-
 scripsit de missa angulari, quem habue-
 rit autorem doctrinæ suæ, non obscu-
 re fert. Inducit enim ibi Diabolum se-
 cum disputantem, ac fortiora contra
 missam argumenta proferentem, quàm
 quæ refelli à se potuerint. Cuius etiam *Dæmonis*
 vocem inibi describit quod ea grauis vox quam
 & robusta sit, tamque terribiliter info-
 grauis sit.
 net, vt usu quandoque eueniat, quod
 post collationem cum dæmone noctur-
 nam, homines postridie mane mortui

N. repe-

IOANN. SLOT. GEF.

Lutheri
mors.

reperiantur. Nam & corpus (inquit) occidere potest, deinde verò animam ita reddit anxiam, vt in vno momèto quandoque necesse habeat è corpore migrare. Quod sæpe sibi quoque ipsi prope modum accidisse scribit. Quin & accidit ad extremum. Nam qui vespere bene potus erat & hilaris, postridie mane repertus est in lecto mortuus, cum totos annos vnde triginta, magnos in Ecclesia dei motus excitasset. Atque hoc est illud, quod adeo magnifice prædicatur à quibusdam, Dei verbum & Euangelium, non à Christo, sed autore satana profectum, sicut ipse fatetur, qui primus id in lucem ædedit. Nam ab eo sibi gloriatur argumenta esse suppeditata, quibus & sacerdotium & sacrificium euerneret. Quibus euersis quid aliud quam Deus ipse sublatus è medio, vel saltem in ordinem coactus esse videtur? Nam vbi nullum sacerdotium, nullum est sacrificium, ibi consequens est, nullum etiam Deum agnoscere. Quamobrem cum sibi conscius esset Lutherus, à quouis alio potius, quàm à Christo,

DI
sto, su
(si-m
præcl
noluit
nos, q
nium.
nos,
vulgu
prefes
gelico
se suc
ius, v
ca Ecc
quam
clarar
scrips
infert
vnde
nonnu
rum I
autori
olim e
est me
cœlest
indica
tauit

DE RETI. FIDE ORT. 92

sto, suum Euangelium esse profectum
 (si modo tam impiam doctrinam, tam
 præclaro nomine appellare fas est)
 noluit sectatores suos vocari Christia-
 nos, quod nomen commune fuit om-
 nium, qui ante quadraginta hos an-
 nos, quibus Lutheri dogmata in
 vulgus spargi cœperunt, Christum
 professi fuerant, sed vocauit eos Euan-
 gelicos, vt vel ipsa hac appellatione,
 se suosque à Christo, & à corpore e-
 ius, vna, sancta, catholica, apostoli-
 ca Ecclesia segregatos, neque sibi quic-
 quam commune esse cnm Christo de-
 clararet. Et quoniam librum suum
 scripsit ad regem Poloniae, statim sub-
 infert dicens: Habet maiestas tua,
 vnde sit profectum istud, quod nunc
 nonnulli vocant Euangelium & pu-
 rum Dei verbum, idque ex propria
 autoris ipsius confessione, qui sicut
 olim dixit Christus, mea doctrina non
 est mea, sed eius qui misit me patris,
 cœlestem illum patrem suum Deum
 indicans, sic & ipse dicere non dubi-
 tavit, mea doctrina non est mea, sed
 eius

Lutherani
 nō volunt
 appellari
 Christiani,
 sed E-
 uangelici.

Lutheri do-
 ctrina, cur
 probari
 non possit
 Ioan. 7

N a eius

quit)oc-
 mam ita
 eto quan
 e migra-
 i prope-
 n & acci-
 spere be-
 die mane
 cum to-
 nos in Ec-
 tque hoc
 e prædica
 & Euan-
 tore sata-
 ar, qui pri
 ab eo sibi
 peditata,
 crificium
 quid aliud
 medio, vel
 esse vide-
 otium, nul-
 quens est,
 ci. Quam-
 set Luthe-
 m à Chri-
 sto,

IOANN. SLOT. GEF.

Vide Ioan-
nem Coch-
leum The-
ologum in
commen-
tarijs suis,
de actis &
scriptis Lu-
theri, an-
no 1534.

2. Cor. 13.
1 Cor. 14
Oscæ 13

Ionan. 4

Iesum sol-
vere quid
sit.

August.
tracta. 61
in Ioannē

eius qui misit me patris Diaboli, à quo
sibi suppeditata gloriatur argumen-
ta, quibus & sacerdotium & sacrifici-
um euerteret, atque ita verum veri-
Dei cultum abrogarat omnem. Quod
si non confiteretur hoc ipse Luthe-
rus, vel res tamen ipsa clamat, quod
ille primus in lucem ætate nostra pro-
tulit, non Dei, sed Diaboli verbum
esse. Etenim Deus noster, sicut à Pau-
lo scriptum legimus, Deus est pacis
& dilectionis, non dissensionis, qui
verò diuidit inter fratres, Diabo-
lus est, ait Propheta: Cum igitur
ex verbo Lutheri tanta diuisio, tan-
ta separatio sit subsequuta, quantam
nunc in Ecclesia (proch dolor) vi-
demus, cum ex eo tot sectæ, tam dis-
sectæ, sint prognatæ, cuius id alijs,
quàm Diaboli verbum esse crede-
mus? Omnis spiritus (ait Ioannes) qui
soluit Iesum, ex Deo non est, & hic
est Antichristus. Soluit autem Ie-
sum, quemadmodum vbi de traditi-
onibus agebamus, ex Augustino plu-
ribus docuimus, qui vel Ecclesiam à
capite

DE
capite
clesia
rat ac
tus est
persi,
rus pro
nia, v
Christu
geret. I
genere
sibi dis
neque I
pitistru
pheta, s
te sine m
seruaret
cupiunt
re. At Lu
pus, nih
dit, qua
Christi,
cruce per
stianortu
desinere
milites,
fecit hoc

DE RETI. FIDE ORTH. 93

capite suo Christo, vel seipsum ab Ecclesia, vel Ecclesiam in seipsa separat ac diuidit. Christus mori dignatus est, vt filios Dei qui erant dispersi, congregaret in vnum. **IOAN. 20.** Lutherus propterea & scripsit & fecit omnia, vt quos pretioso sanguine suo Christus congregauerat, eos dispergeret. Deinde verò mortis etiam suæ genere Christus declarauit, quàm sibi displiceret omnis diuisio. Nam neque Iohannis mortem sustinuit capitum truncatu, neque sicut Esaias propheta, serra dissectus est, vt & in morte sine mutilatione, corpus integrum seruaret, & causâ subduceretur ijs, qui cupiunt Ecclesiam in partes discindere. At Lutherus per omne vitæ suæ tempus, nihil aliud maiore studio contendit, quam vt quod integrum corpus Christi, inter manus persecutorum in cruce permâserat, id inter manus Christianorum, iam deinceps integrum esse desineret. Itaq; quod tum fecere impij milites, vt frangerent corpus Christi, fecit hoc ipse, speciem pietatis habens,

Lutheri
studia ple-
na dissen-
sionis, ac
diuisionis
in Ecclesia

IOANN. SLOT. GEF.

virtutem autem eius abnegans, vt in
multas partes diuideret totum corpus
Christi, vnā, sanctā, catholicā,
apostolicā Ecclesiam. Et erit adhuc,
qui dubitet verbum illius, verbum dia-
boli esse? Cuius ita proprium est diui-
dere, lacerare, spargere, sicut Christi
propriū est, quæ dispersa sunt com-
gregare. Hactenus ille. Ex cuius doctri-
simi viri, & veri Episcopi, verbis ac sen-
tentia, colligimus, idcirco Lutheri do-
gmata ac Lutheranorum, qui illius do-
ctrinam amplectuntur, nō esse verbum
Dei, sed Diaboli, quod papatum, quem
constat esse (quemadmodum de prima-
tu Petri alias ostendimus) iuris diuini,
abrogatum volebat, atque pontificem
summum de gradu suo eiectum cupe-
ret, atque omni prorsus autoritate spo-
liatum, & quia vt papatui incommoda-
re posset, paratus fuerit, negare Chri-
stum in adoranda Eucharistia præsen-
tem. Deinde quia pessimos cōsultores,
odiu & inuidiam (inuidia siquidem
diaboli, mors intrauit in orbem terra-
rum & imitantur illum omnes qui sunt

Sapi. 2

ex

DE

ex parte
tissimā
sus Aug
vocē ho
Deniq;
rum om

L I



apud ha
nunc off
ipfos cer
stat in ca
ab ipsis a
q; horā i
rasse. Et
scrip. he
dinatione
natione
ues, inco
locant, n
stas no
veritate

ex parte illius adhibuerit, Adhæc q̄ gra-
tissimâ diaboli (qui ei argumēta aduer-
sus Aug. missæ sacrificiū suppeditavit)
vocē horribiliter intonantē audierit.
Deniq; q; omnis dissentionis & secta-
rum omnium fuerit author.

LIBER QUINTVS.

CAPVT I.

Absolute tractatu de puerfo &
minimè ecclesiastico sacramen-
torum vsu deq; minus sana quę
apud hæreticos est doctrina, paucis
nunc ostēdendum erit, quā nō sit apud
ipsoſ certa Episcoporum successio, q̄ cō-
stat in catholica & Apostolica Ecclesia
ab ipsis apostolorū tēporibus ad hęc vsq;
horā inuiolatā & illabefactatā pseue-
rasse. Et quidē ipse Tertul. in li. de præ-
scrip. heret. oēs hæreticos eorumq; or-
dinationes graphicè depingens: Ordi-
nationes (inquit) eorum temerariæ, le-
ues, inconstantes: Nunc neophytos col-
locant, nunc seculo obstrictos, nūc apo-
statas nostros, vt gloria eos obligēt. q̄
veritate non possunt. Nusquam facilius

N 4 profi-